



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Microsynodvs Norinbergen.**

**Mosham, Ruprecht von**

**[Köln]**

**VD16 M 6434**

Qvintvm Scriptvm Ecclesiast. Norinbergen. exhibitum. Responsvm  
Theodidacticvm Rudberti à Mosham Doct. Decani Patauien. ad  
quæstionem & sophisma Andreæ Osiandri, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36760**



QVINTVM  
SCRIPTVM ECCLESIAST.  
*Norinbergen.exhibitum.*

RESPONSVM

THEODIDACTICVM

Rudberti à Mosham Doct.

Decani Patauen.

ad quæstionem

et sophisma

Andreae

Osi

andri,

quod astute

ad confutandam

et eleuandam deificatam

illam Unítrinitatem uerbi cœlitus

donatam et repertam, nempe Verbi, fidei

et charitatis confinxit, et in medium produxit Norinbergæ XIII. Octobris, Anno 1539.

m iij

ACTA NORINBERG.

Ad Ecclesiastas quatuor Norinbergen.

D: Venceslaum Linck,

Andream Ostrandum,

Thomam Venatorium, &

Vitum Theodorum.



MV 14092 F

Vando rogaſophiſtice et captioſe. Oſander, an deus poſter ſit incarnatus, tum ego aperte & diſſerte reſpondeo, quod Christus Ioh. xiiij. reſpondit Phiſſippo rogaſtis & diſceſti: Domine, oſten de nobis patrem, & ſufficit nobis. Ad quem Iefus: Tanto tempore uobisſum, & non cognouifte me? Philippe, qui uidit me, uidit & patrem: & quomodo tu dicis, oſtende nobis patrem? non credis q̄ ego in paſtre ſum, & pater in me? Verba que ego loquor uabis,

ACTA NORINBERGEN.

à meipso non loquor; pater autem in me manens, ipse  
facit opera: Credite mihi quod ego in patre sum, et pa-  
ter in me, alioqui propter ipsa facta credite mihi. Sic  
ego nomine patris, filij & spiritus sancti ad Osianerū  
dico: Tanto tempore Theologus es, & uerba dei ti-  
bi arrogas & prædiccas, & nō cognouisti Christum?  
Osianer, qui uidit CHRISTVM, uidit &  
patrem: qui cognouit CHRISTVM, cognouit &  
patrem: Et quomodo tu dicas, Ostende nobis, an deus  
sit incarnatus? non credis Osianer, q̄ deus in Chri-  
sto est, & CHRISTVS in deo patre, & pater,  
in CHRISTO? Non credis quod deus pater, de-  
us est? Verba quæ locutus sum uobis o ecclasiæ  
Norinbergenses, à meipso non locutus sum, pater au-  
tem in me manens, ipse loquitur uerba, & facit opera.  
Credite mihi quod ego in patre sum, hoc est, in uerbo  
dei: & pater, hoc est, diuinum paternumq; uerbum in  
me, alioqui propter ipsa facta, quæ uobiscum facio, &  
in futurum facturus sum, credite mihi.

Eat nunc Osianer cum sophistica sua & captio-  
sa quæstione, & seipsum & suas collegas roget, sibiq;  
ipsi respondeat, An deus pater sit incarnatus: & se-  
ipsum & suos collegas, atq; auditores omnes illaqueat,  
& suo se gladio iugulabit, sua se sophistica sophi-

ACTA NORINBERGEN.

sticabit & encabit. Dicam autem interim breuitatis causa meo dilectō Osiandro, quod Paulus olim dixit suo tantopere dilectō Tito, ad Tit. iij. ubi in qua

Apostolus: Stultas autem quæstiones &  
genealogias & contentiones, & pu-  
gnas legales deuita, sunt enim  
inutiles & uane.

Sed quid  
audiret & obediret

Osiander

Paulo,

qui nō audit, non obedit, nec intelligit Christum.  
His rursus ualent ecclesiastæ Norinberg.

Rudbertus à Mosham doctor,  
Decanus Pataueñ. &c. suapte  
manu subscriptis,